

Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, SS.
Th. D. Et Prof. Facult. Sen. Et Superintendens Ad Natalitia Jesu Christi,
Conservatoris Nostri Unici Religiose Celebranda, Omneis Et Singulos Academiae
Cives Sedulo Hortatur**

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734823126>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1647

- 1) Hermann Schückmann
- 2) Joachim Lütke mann
- 3) -
- 4) Hermann Schückmann
- 5) Johannes Ainstorp

PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES QUISTORPIUS,
SS. TH. D. ET PROF. FACULT.
SEN. ET SUPERINTENDENS

AD

NATALITIA
JESU CHRISTI

CONSERVATORIS NOSTRI VNICI
RELIGIOSE CELEBRANDA,

OMNEIS ET SINGULOS ACADEMIÆ
CIVES SEDULO HORTATUR.

os(o)so



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLVII.



HILARIUS

lib. IX, de TRIN:

NESCIT PLANE,
VITAM SUAM NESCIT,

JESUM Qui CHRISTUM
VERUM UT DEUM;

ITA UT
VERUM HOMINEM
IGNORAT.



SACRA DEUM q̄. cano. pro-

cul ô, procul impius esto!

Non facit ad genium pagina no-
stra tuum.

A Veronensi cantetur Lesbia Vate:

Quo sit amanda modo femina, Naso canat.

Delia cum Nemese tibi culte Triumvir amorum:

Cynthia Callimacho blanda faceffat opus,

Bilbolicus Vates alios perfundat aceto,

Inque bonos edat carmina falsa viros,

Materiem sibi quisque legat quamcunque probarit,

Me iuvat Auctori carmina ferre DEO.

Vates sacra decent. res est divina poësis,

Quam pudor est spurcis contemerare jocos.

A Nnuā dum nobis redeunt NATALIA CHRIS-
TI.

Nemo sibi, CIVES: quisque vacate DEO.

Ite domum Domini: media testudine templi,

Quisquis ades, sanctâ concipe verba prece,

Sis procul (ingemino!) quisquis teris atria
CHRISTI;

Porcus ut immundam pulverulentus hu-
mum.

Casti placent Superis: casta cum mente subintra.

Hoc locus, hoc abs te flagitat ipse Deus.

Hæc est illa dies, meliore notanda lapillo,

Quâ sine nil homines, si latuisset, erant.

Hæc sperat adiu Patribus cunabula vidit,

In queis mundi opifex fit opus ipse suum.

Mutatur jam terra polo: jam mænia Bethles

Excipiunt, cæli quas tenuistis, opes.

Nempe Dei suboles patrio descendit olympto,

Factus & est nostræ conditionis homo.

Qui fuerat tamen ante, Deus non desinit esse:

Cælica majestas dissimulata later.

Quem nec terra capit (mirum!) nec machina
cæli,

Continet exiguo mustea Virgo sinu,

Auctorem peperit que suum maris inscia mater.

Quippe parens, cæli Spiritus ille fuit,

Debit intacta P U E R Hic de virgine nasci,

Ut sceleris nostri dedecus ablueret.

Pauperie squalent equidem incunabula; fœ-
num,

Regalem que levis præbuit herba torum.

Non

Non heic Attalicus splendor, non alta colu-
mnis,

Marmore non Pario nobilis aula fuit.

Sella creatoris congestum è carice culmen:

Heic Rex terrarum vagiit ante pecus,

Qui titulis vanis, & molli veste superbis,

Ad Domini cunas respice, fastus abest.

Hujus ad exemplum tenui quoque vivere disce:

Quaque præit CHRISTUS, hac quoque
flecte gradum.

Quisquis opes mundi, ventosa crepundia, pen-
dit,

Is nescit vitæ prosperioris opes.

At quamvis pauper, tacitus non editur Infans,

Pompaquè natali ducitur ampla die,

Nam Pater aligeros populos, sine corpore gen-
tem,

In malè facta jubet recta migrare casæ.

Heic cecinère: Deo sit gloria, candida terris

Pax, homini placeant quæ placuère Deo.

Insolita emicuit lucentem stella per orbem.

Ad Domini cunas officiosa sui,

Hacce Magi excitilonginquæ Persidos oris

Munera terna Deo, Regi, Hominique ferunt.

Editur in lucem cum florent ocia Romæ.

Pax ista æternæ pacis imago fuit,

A 3.

Alterat

Altera bella silent , Erebo dum bella moventur,

Et domito Satanas jam subit orbe pedes.
Sic quondam æternam noctem, æternasque tenebras !

Una dies meruit : sustulit una dies,
Quæ vitam CHRISTO, nobis lux ista salutem,

Affert : nempe homini se dedit ipsa Salus.
Anguis in hunc, victumque anguis furiale venenum.

(Sic placitum cælo) nil mage juris habet,
Nulla super sceleris vestigia , clausaque cœli
Tecta patent : læsi desit ira Patris.

Aurea justitiæ redierunt secula mundo,
Et pax cum cælo conciliata viget.

Diffugiunt hostes , vertunt sua terga tyranni,
Humanum prædæ quæis fuit ante genus.

Omnia Mæoniæ si sint mihi flumina linguæ,
Arpinasque meo Romulus ore tonet :

Vix sperem exiguam verbis attingere partem,
Quæ nascente Deo restituuntur , opum.

Eja igitur , CIVES, summissi accedite Cunas,
Et puerum gratâ dicite voce Deum.

Ex animi fibris socium mihi jungite votum,
CHRISTUS ait ? junctas fortius ire preces.

Oremus

Oremus Pacem, pax optatissima rerum.

Pace vigent urbes, pace coluntur agri,
Spes nos semper alit, nunquam fiducia pacis

Affulget, medio sæpe vigore perit.

Tu bone CHRISTE pōtes Magnatum flecte
re corda,

Fac nobis tandem tempora pacis eant.


Sin minus; ætheream præsta post fata quietem:

Cœlesti satis est posse quiete frui.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





terrâ, sivè quæ in cœlis sunt
lestes Spiritus, unum nunc
quotquot in terris agunt, et
quem & unus ducit Impera
omnibus. In hoc verò qua
longè lateq; patens piorum
quod explicari satis nequit.
DEI verbis gratiosissimis ad
tæ societatis consideratione
gratitudinē: *Accessitis*, inquit
Et civitatem Dei vivi, *H*
innumerabilium Angelorum
primogenitorum, qui conscrip-
cem universorum Deum, Et
etorum, Et ad Novi Testame
Videndum nobis est, ne le
magni facit Spiritus Dei, tã
pendam nostræ naturæ in
nientiam; Hæc ubi spreta fu
nullus ad eam in omnem
gressus patebit.

Vobis ista, *Cives Acade*
ponuntur, scripta non mo
propensi, qui vestræ omniu
Vos ipsi & qui ordinis vestr
cesseritis Diabolo & Angel
ciem Academiarum nullas

ciliati cœ
ous sanctis,
constituūt,
tenens in
ta & quàm
tia, id est
ar à Spiritu
n tam bea
tam DEO
montem Sion
calestem Et
concionem
lis, Et Judi
orum perfe
rem Jesum.
nus, quam
am & stu
evatæ emi
ore gratiæ,
ritatem re

primis pro
ed affectus
upidus est.
lmam con
iti in perni
as molun
tur,

